



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 44. Philippi Lucemburgii Cardinalis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

rium, alii vero eum Parlamenti Norman-
ni Præsidentem fuisse creatum, demum An-
no millesimo quingentesimo decimo quin-
to Bituricensi Archiepiscopatu auctum.
Biennio post Antonius ad Francisci I.
Galliarum Regis preces, suffragante e-
tiam Prati Cancellarii auctoritate a Leo-
ne X. Papa Cardinalium numero adscri-
ptus est, cui tamen dignitati haud diu vita
superstes exstitit, sed die vigesima septima
Novembris Anno Christi millesimo quin-
gentesimo decimo nono Blesi, ubi tum Rex
agebat, rebus humanis valedixit. Cor-
pus ejus translatum ac sepultum fuit in
Ecclesia Metropolitana Bituricensi, quam
pluribus donis locupletavit, atque inter
alia aulaeis pretiosis, quibus ejus symbo-
lum ac insignia intexta hodie dum vi-
suntur.

§. XLIV.

*Philippi Lucemburgii Cardinalis
extrema.*

Alter ex Cardinalibus, quem mors hoc
anno sustulit, erat Philippus Lucem-
burgius. Fuit is primo Atrebatii, postea
Anno Salutis millesimo quadringentesi-
mo septuagesimo septimo Terouanæ E-
piscopus, in qua Ecclesia Theobaldo
Patri suo successit; hic enim mortua
conjugē sua sacrae Clericorum militiæ
nomen

Sæcul. XVI.
A. C. 1519.

Nicol. Vi-
gnier hist. de
Luxemb.
Ciacon. in
Alex. VI.
p. 184.
San Marth.
Gall. Christ.

Sæcul. XVI. nomen dedit, sedemque Terouanensem
 A C. 1516. obtinuit. Mira Philippus Lucemburgius
 pollebat gratia, ac singulari in rebus ge-
 rendis dexteritate; unde in publicis Re-
 gni negotiis non raro ejus consilia expe-
 tebantur, atque ab Alexandro VI. Anno
 millesimo quadringentesimo nonagesimo
 sexto Cardinalis, necnon Legatus a late-
 re in Galliis creabatur, quo etiam mu-
 nere sub Julii II. Pontificatu functus est.
 Ejus quoque opera usus est Alexander,
 ubi de matrimonio solvendo inter Ludo-
 vicum XII. & Joannam de Francia age-
 batur. Paulopost Philippus solitudinis
 amore captus, Episcopatum suum Fran-
 cisco Lucemburgio Nepoti suo relinque-
 re statuit, atque etiam id effecit; defun-
 cto autem Nepote suo rursus ad ean-
 dem Ecclesiam redire compellebatur,
 quam Pastoralis prorsus sollicitudine rexit,
 auxitque: Tandem vero anno ætatis
 suæ septuagesimo quarto vitæ finem fe-
 cit, merito celeberrimis ævi sui Prælati-
 accensendus. Corpus ejus sepultum fuit
 in sua Cathedrali Ecclesia, cujus tamen
 ossa fervente intestino bello a Calvinistis
 inhumana rabie effossa igni cremata
 fuere. Idem etiam Parisiis fundavit Ce-
 nomanense Collegium, quod hodie Jesui-
 tarum Gymnasio unitum est, præter eam
 aliud adhuc collegium in Cenomanensi
 urbe condidisse dicitur.

*Panvin de
 Rom Pontif.
 Aubery vit.
 Card.*

§. XLV.